

titione deleri, Ecclesiæ mihi introitus non neget. Illic spero ueniã ubi admisi culpã. Oblatio uero domus meæ ut tua sanctitas iussit, ad cœlestis regis mensam eius manibus offeretur.

EPISTOLA

CLXXXIX

DOMINO sublimi, semperq; magnifico filio Bonifacio, Augustinus episcopus. Dum quodã in loco positus tuæ eximietatis transitus intuerer, placuit meis aspectibus tuæ sublimitatis mitis ille ac terribilis gressus. Sed postq; illud leuigatũ sacro chrismate caput portã cum paucis ciuitatis exiuit, subito uomunt equites domus, ciuitas fundit exercitum, strepunt arma, concrepant tubæ, cunctis crispatae uentis stuppæ dependent, ferreæ tunicæ uirorum fortium membra constringunt, sessoris & equi renibus fetigera uestitur, intesur geritur arcus, pulchra cuncta conspexi, nihil melius Bonifacio comite uidi. Sed postquam ad palmas ut comperi tua sublimitas uenit, ad illum breuis quidem, sed plenum periculis maris transitũ quod uix aliquando naue transitur, præceperis matutino tẽpore transmare noctis obscuritas mali aliquid procuraret. Gudila eximietatis tuæ fidelissimus seruus equo ipsius maris dum natat in brachio interdicti litoris tetigit oras, nec statim licuit reuerti. Profecto maris enim tumor increscens reuersuro transitum denegauit. Hoc illos tuos uigilantissimos sensus latere non potuit. Iram ratio prouocauit, culpa ueniam suasit ad fugam, sed fœlix fuga est quæ currit ad uitam. Memoratus Gudila ad patronum tuum sanctum Stephanum primum martyrem cõfugit. Ipse mihi & imperauit ut pro eodem apud religionẽ tuam postulator accedam. Habeat igitur quæso ueniam, quoniã nec turbatus undis equus caruit, nec gurges altus absorbuit quem deus eruit & aqua seruauit. Valeat apud te epistolæ ista rogo suggestio. Eris enim ut deprecor ab ira domini alienus, quotiens petitus à te offensus non fuerit Augustinus.

EPISTOLA

CXC

DOMINO beatissimo & uenerabili sancto patri Augustino episcopo Bonifacius. Furens paratoq; qui obuio bello, sanctitatis tuæ frangor imperio. Gudilam fortissimum semper quem uolo uiuere uirum metuo ne eum aliquãdo in uirtute sua leuitas faciat interire. Potest quidẽ præinctus armis quantos inimicos reperiret trucidare. Sed apud bellicos uiros uictus dicitur uictor occisus. Nam equo uectus maris brachium quod narrantur do perrexit luxuriæ nõ fuerat, sed uirtutis. Arbitror enim quod nocte cogitarit aliquid hostibus facere, cui sole ingresso finis diei cõsilia parata subduxit. Hoc uero dolui, quod uatione longissima ab equo posset & aquis occidi. Ut iubes ergo sancti beati Stephani imperata iussa uestra refero. Spondeo enim ipsi quæ tibi, quod Gudila uobis est iubentibus ueniam condonatus.

EPISTOLA

CXCI

DOMINO uenerabili sancto patri Augustino episcopo Bonifacius. Castinus ille priuatus ex consule uitæ meæ ac nominis omnibus ut notum est persecutor, peiores committens ac furens factiones, quasi mearũ à me gestarum immemor, Edatium Italia fugiens, meis se in Africam defensionibus tradidit committendum. Omitto beatissime pater olim mihi ab eodẽ ingestas miseras, ostensa pericula, fugiens eum nũc usq; uiuo, thrax natu uix Scythã euasi, durauit inuido sub consule miles. Sed diuina potẽtia quæ nouit planare sublimia, & altius eleuare prostrata, fecit de superbo quod uoluit, & hostẽ meũ me quieto uictoriam mihi quã nouit adduxit. Sufficit pro funere uicti tanta deiectio, adoraui. Sarrathan clauus, timuit senator barbarum caput, tremuit militem dux doloris. Dicuntur illa pater sancte Cothurno. Nam ueneror illustrissimum consulem & primum conspicio senatorem, sed ne cõsueta fallacia mali erga me ut solet aliquid moliatur, putetq; se suis fraudibus Romanis ducibus profuturum, & in eo uersetur exitio, integrum de suis sensibus de tuæ beatitudini sacramentum si nullus in eum conuertitur dolus. Ego autem per omnia quæ sancta sunt iuro, quoniam si apud eum animæ reperero puritatem, cum incolumem ac sublimem